

## SCHOLIA BOBIENSIA.

### ⟨PRO SYLLA INCIPIT.⟩

... ⟨ne sibi⟩ videatur adsciscere, ait se non periculum § 9.  
communicare, sed laudem, nec ut plures periclitentur, sed  
ut multi aequaliter glorientur.

‘In Autronium testimonium dixisti’, inquit, § 10.  
5 ‘Syllam defendis’ et reliquum.

Acutissimum torquet ... prope ad vim dialecticorum,  
ut adversarii propositio utrumque conclusa teneatur.  
‘Dixisti’, inquit, ‘in Autronium testimonium et quo-  
dammodo nunc deficis a constantia tua, qui P. Syllae  
10 patrocinaris’. Huic ita factae propositioni opponitur, ut  
animadvertis, acuta responsio. ‘Si minus integre’, inquit,  
‘testimonium dixi, nec defensioni meae, quam nunc ad-  
gredior, inesse debet auctoritas; si vero fides constituit  
mihi testimonium dicenti, cur non ab eadem fide etiam  
15 defensionis huius aequitas descendat?’ Et hic iam se  
animis iudicum latenter insinuat, ut praesens defensio in  
testimonii vicem cedat.

Videor enim iam non solum studium ad de-  
fendendas causas, verum etiam opinionis aliquid  
20 et auctoritatis adferre.

... valde, ne odium quoddam nimiae huius adsevera-  
tionis incurrat. Facit enim periculum inpudentiae qui,  
cum patronus sit, velit testis videri.